

CAP. 4. ad vitam æternam renobetur. 25.

Passionis Christi , operantis in nobis
renovationem & sanctificationem , i.

Cor.i. Hic deniq; modus , per quem
in Christo renascimur. Nec sanè aliud

spectat *la^bacrum regenerationis* , ubi in *mortem Christi tingimur* , ut nempe *Fructus baptismi*
cum Christo peccatis moriamur , ope
& efficacia mortis illius; simulq; à pec-
catis resurgamus per gratiam gloriose
suæ resurrectionis &c:

CAPUT IV.

QUID SIT VERA POENITENTIA,
quid item crux & jugum Christi.

Ad Galat. 5. *Qui sunt Christi , car-*
nem suam crucifixerunt cum vi-
tii & concupiscentiis.

POEnitentia veraque conversio est
opus Spiritus sancti, per quam ho-
mo ex Lege sua peccata, simulque
adversus illa justissimā Dei iram agno-
scens, serio & ex intimis sensib⁹ dolet,
ac quæ fecit facta nollet: ex Evangelio
vero gratiam Dei intelligēs, per fidem
remissionē peccatorum in Christo cō-
sequitur. Per hanc autē pœnitentiam ^{Proprie-}
perficitur mortificatio & crucifixio ^{tas veras}
carnis omniumq; carnalium volupta- ^{Pœni-}
tum & concupiscentiarum cordis , si- ^{tentias}

LIBER I.

C

mule;